



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 13322648

§. 69. Parlamenti oppositio contra Cleri Gallicani scripta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

Sæc. XVIII.
A. C. 1739.

„nostrorum vehementiam per doloris
 „acerbitatem: ad Te solum nostras
 „querelas deferimus, qui in Te solo
 „asylum invenire speramus, & quidem
 „longe efficacius securiusque, quam
 „in severitate; etsi illam ipsimet salvis
 „legibus in refractarios exercere po-
 „tuissimus; spectata ergo moderatione
 „nostra, supplicamus, nobis ita pro-
 „spici, ne ex indulgentia nostra dam-
 „num reportemus, nec nobis ministerii
 „nostri libertas tollatur, qua nun-
 „quam nisi ad tuendas Evangelii ve-
 „ritates, & debitam illi obedientiam
 „ac submissionem populis nostris instil-
 „landam usuri sumus &c. Ceterum
 „illa benevolentia, qua Rex tam Cleri
 „Gallicani literas, quam hujus Epi-
 „scopi orationes excepit, Montpessula-
 „num Episcopum adeo non ad saniora
 „reduxit, ut etiam has ipsas literas a
 „Clero ad Regem datas die trigesima
 „Novembris acriter impugnet, edita
 „Pastorali Instructione ad suæ Diæcesis
 „Clerum & populum directa.

§. LXIX.

*Parlamenti oppositio contra Cleri
 Gallicani scripta.*

Insuper ipsum Parisiense Parlamentum
 Nemausensis Episcopi sermonem,
Hist. Eccles. Tom. LXXIII. U &

Sæc. XVIII. & Cleri Gallicani literas discutiebant
A. C. 1730. non sine maximo contradicentium stre-
 pitu; alii enim tam Supplementum
 Breviarii cum Ordinarii permisso Lau-
 duni impressum, quam Cleri literas
 Episcopi orationem supprimendam
 censebant, alii vero, atque inter eos
 Rollandus Præses nonnisi hoc Supple-
 mentum coram Procuratore Regio-
 Advocatis esse denuntiandum opinan-
 bantur, prævaluit etiam Rollandi sen-
 tentia, cui quinquaginta duo contra
 quadraginta octo suffragia adstipulan-
 tur; circa Episcopi tamen & Cleri li-
 ras pronuntiatum est, Regi supplica-
 dum esse, ut ea, quæ in utroque scripto
 contra Regis auctoritatem, ejusque
 obsequium expressa deprehenderentur,
 deleantur, nec Episcopi oratio in ta-
 bulas Cleri Gallicani inseratur, nisi ad-
 datur revocatio eorum, quæ in ea con-
 tra suprema Regis jura continentur.

§. LXX.

*Regis Responsa ad Parlamenti
supplicationem.*

Ad hæc Rex per supremum Confessarium
 „Præsidem die decima septima
 „nuarii Anno 1731. hæc reposuit
 „Sciatis velim, Parlamenta non aliter
 „sine esse erecta, nisi ut nomine meo